



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 116. Tumultus a Protestantibus Embdæ suscitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. eadem Synodo statutum, ut Romæ
A.C. 1604. Breviarii usus recipiatur, simulque in-
 hibitum, ne pauperes per Ecclesiæ
 mendicare permittantur: Enumera-
 tur etiam dies festi per universam Di-
 cesin celebrandi, inter quos iidem
 in Synodo Cameracensi, enumerantur
 hosque *juxta Concilii Tridentini* *Dum-*
tum ab omnibus etiam exemptis & Regu-
ribus servari mandat Synodus, que &
tiam damnat abusum, quo nova Spouse
postridie suarum nuptiarum e Templo
egrediens excipi solebat a mima
& larvatis hominibus, & cum multis
insolentiis abducebatur, donec a fune
conjuge redimeretur. Præterea Regu-
laribus prohibet, ne in suis Monasteriis
vina hospitibus vendant, aut sacerdotibus
tempore Paschatis Eucharistiaæ Se-
cramentum administrent, vel mulieris
post partum publice Benedicant. Tac-
dem sanctis pluribus aliis decretis die
vigesima Octobris huic Synodo finis
imponebatur.

§. CXVI.

Tumultus a Protestantibus Emba- suscitati.

Mercur.
Gallo. Belg. **A**b eo tempore, quo Ezardus I. Fr.
l. 4. & 7. fīs Orientalis Princeps novam Se-
 etam invexerat, tam ipse quam ejus
Succel.

Successores gravibus seditionum & di-
 scordiarum civilium turbis agitabantur: A. C. 1604.
 Regnante autem Ennone tertio hujus
 nominis Comite Embdenses cives Pro-
 Thuan. hist.
 testantium sectæ addicti eo temeritatis l. 131.
 devenerat, ut Fœderatorum Ordinum *Universal.*
 auxilio elati, in Principis sui ditionem *Lexicon.*
 populabundi excurrerent, atque op- *Cluverins*
 pido nuper ab eis devastato in Domini *epit. Hist.*
 sui contumeliam Holanticum præsidium *ad hanc*
 imponerent: denique omnibus locis *annum.*
 munitioribus in suam potestatem redactis
 ad eas angustias Comitem redigebant, ut
 is frustra implorato Hispanorum auxilio
 se apud eosdem Ordines Hagæ purgare
 cogeretur. Hi vero præstiti contra eum
 auxilii rationem allegantes caussabantur,
 ipsis nuntiatum fuisse, quod Co-
 mes contra Embdanam urbem eo ex
 fine arma parasset, ut non modo præ-
 fatam civitatem Hispanis traderet, sed
 & Amisæ navigationem portumque eis
 aperiret, huncque in finem in vicino-
 rum damnum multas munitiones con-
 struxisset, ac propterea Fœderati Ordi-
 nes periclitantibns Emdanis succurrif-
 sent. Quamvis igitur hoc dissidium an-
 no priori fuerit compositum, Protestan-
 tes tamen, ut suam pertinaciam, ac
 seditionem specioso obtentu honesta-
 rent, Comitem minus sincera fide cum
 illis in gratiam rediisse spargebant, eo-

I i 4 quod

Sæc. XVII. quod ipsius Frater in Hispanias missis
A. C. 1604. Archiducis castra secutus esset, atque
alius ejusdem Frater nomine Joannes
Guilielmus Sabbinam Catharinam nuptiam
majoris Fratris Filiam sibi matrimonio
junxit, hocque conjugio Ritbergensem Comitatum aliasque ditiones
contradicente Comite sibi vendicata.
Auxit autem horum rebellium invidia
eoquod hic Sponsus, procurante Leo-
nardo Rubeno Abdingoviensi Arci-
mandrita, a summo Pontifice cum Sab-
bina contrahendi facultatem optimis-
set, ea lege, ut Joannes Catholicus
Religionem ejusque Sectatores patro-
nio suo adjuvaret. Tandem bie-
post hæc controversia Comitem inter-
civitatem Embdanam potius subdit-
rum potentia quam jure direpta ei
constitutis utrinque arbitris, qui Hage-
Comitis hæc concordiæ capita præci-
pfere: I. belli tormenta Comiti eripi
restituantur unacum vini vestigali et
semisse omnium mulierarum, insuper ve-
natio & pescatio penes eum integra re-
maneat: II. vicissim Comes subditissimus
liberam relinquat navigationem, ac de
ea literis traditis idonee caveat: III.
denique bona fide in omnibus boni Mi-
gistratus seu Principis officium præfet.

§. CXVII.